



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,  
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

**Kiene, Johann Georg**

**Constantiae, 1629**

2. Quinam actus libidinosi sub lapsu comprehendendi?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42214**

citis abstinet, cum exclusione nuptiarum, ut est religiosa: Imperfeta altera quæ vel solum ad tempus abstinet, vel à solis illicitis voluptatibus, & licitis moderate vtitur, v. g. in coniugio, debito loco, tempore, modo & fine.

II. Sub lapsu carnis comprehenduntur [A] omnes actus venerei opere externo consummati [B] ac voluntarii [C] iuxta ordinem grauitatis peccatorum luxuriæ; v. g. bestialitatis, coitus cum Dæmonie, Sodomia, pollutio voluntaria (aliòqui immunditia, seu mollices) incæstus, adulterium, stuprū, simplex fornicatio, quibus addendum sacrilegium quo persona sacra violatur.

[A] Communis. Tann. cum aliis t. 3.  
d. 3. q. 3. dub. 6.

[B] Bifariam intelligi potest i. ut  
quodcumq[ue] peccatum libidinis in o-  
pere exteriere consummatum si-  
gnifi-

gnificetur reseruatum, solum ex-  
cludendo lapsum carnis per con-  
fessum internum, aut morosam  
delectationem. 2. ut significetur  
peccatum libidinosum consum-  
matum in sua specie, primum non  
potest dici, quod sequatur omnia  
peccata externa, quae habent ab  
objeto malitiam mortalem, v.g.  
taetum, aspectum, oscula impudi-  
ca, etiam si ad ultimam consum-  
mationem non pertingant, reser-  
vare in Religioso, quod valde rigi-  
dum est. Secundum tanquam ve-  
rius, iuxta communem amplecten-  
dum, adeoq; nisi, v.g. oscula, impu-  
dica colloquia ad consummatio-  
nem fornicationis perueniunt, sub  
hac reservatione non contineri,  
quod non perfecte consummentur.  
C. ex S. Th. 12. q. 6. ubi ait, Vo-  
luntarium esse, cuius ut sit, vel non  
sit, fiat aut non fiat, voluntas est  
causa cum perfecta rationis cogni-

O 3 tione

zione ac deliberatione, tam de sub-  
stātia actus, quam de circūstantia.

III. Non tantum in secunda  
persona interueniente copula cum  
seminis profusione, sed etiam in  
prima potest accidere lapsus car-  
nis in Religioso reseruatus, quo-  
modocunque procuratur per a-  
ctus exteriores libidine aliqua in-  
fectos. Cypr. leg. paræ. 15 procu-  
rare lapsum carnis per actus exte-  
riores, nil aliud est, quam scien-  
ter, & voluntariè exercere actum  
mortiferum libidinosum, ad quæ  
data est seminis effusio. Non tamē  
mortale est comedere, aut sumere  
illa vnde creditur securura pollu-  
tio, modo non intendatur, seu vo-  
luntariè procuretur. Sic teste sa. V.  
Luxuria, non peccat mortaliter qui  
optat in somnis pollui. v. g. ad mi-  
tigationē libidinis, aut gratiā sa-  
nitatis, dummodo caueatur causa  
ad pollutionem proxima: Neque  
Con-